

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 5084

**Auteur(s)** : Alexandre III [pape]

**Bénéficiaire(s)** : Roger, La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye, abbé)

**Genre d'acte** : bulle

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1163, 7 octobre

**Lieu d'émission** : Sens

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Le pape Alexandre [III] confirme les biens de l'abbaye Notre-Dame de Vignats (Bulle rédigée d'après celle de Lucius II. Voir RAMACKERS, n° 26 et p. 218 ; SCRIPTA 5024).

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 120, p. 217-219.

Texte établi d'après a

ALEXANDER EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. DILECTIS FILIIS ROGERIO ABBATI MONASTERII SANCTE MARIE DE VINAZ EIVSQVE FRATRIBVS TAM PRESENTIBVS QVAM FVTVRIS REGVLAREM VITAM PROFESSIS IN PERPETVVM. Religiosam uitam etc. Eapropter ... prefatum monasterium beate Dei genitricis semperque uirginis Marie et sancti Andree ... comunimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam et institutionem Cisterciensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis : ex dono Willelmi comitis Pontiuui locum, qui dicitur sanctus Andreas, cum appendiciis suis in bosco et in plano, ubi ipsa abbatia sita est, molendinum de Vado Petroso, ligna ad faciendam ecclesiam et reparandam et ad omnes officinas ac domos uestras in foresta de Almanes[chis], quindecim libras Rothomagenses in redditibus de Bernaio pro pannis monachorum, molendinum de Magna Uilla cum quinque acris terre, que ad predictum molendinum pertinent, pagnagium adhuc porcorum uestrorum in omnibus forestis suis, quietantiam omnium consuetudinum in tota terra eius, molendinum de Monte Gomerici cum sexaginta acris terre, grangiam de Valle Herb[olt] cum nemore ipsius loci, terram maneram de Monte Garulfi cum omnibus pertinentiis suis, grangiam de Croceio cum appendiciis suis, ex dono Roberti de Bretauilla et Willelmi Tanethin et hominum suorum grangiam de Rueta cum appendiciis suis, ex dono Mathei de Feritate grangiam de Hablouilla cum appendiciis suis, ex dono Hugonis Pantulfi grangiam de Samela cum appendiciis suis, ex dono Roberti de Valle Camen et Osberni filii eius grangiam de Caluo Monte cum appendiciis suis, ex dono Radulfi de sancto Ylario et Willelmi fratris eius ac Thome nepotis eorum totam terram furni de Mesinolthon cum assensu domini sui Roberti comitis de Breiestria, ex dono Willelmi Maleherbe locum sancti Albini cum appendiciis suis, ex dono Roberti Casnelli et aliorum plurimorum hominum terras [iu]xta prenominatam abbatiam de Vinaz, ex dono Guidonis de Nonant et Rogerii filii sui locum sancti

Remigii cum appendiciis suis, ex dono Roberti [S]ansonis terram, pratum suum de Cr[i]pta de Feianz, ex dono Roberti de Rauetona in eodem loco totum pratum suum, ex dono plurimorum hominum apud pontem Uiæ et Gargasala terras et prata, ex dono Rogerii de M[e]ll[u]m decimam molendinorum sitorum in eadem uilla, ex dono Fulconis Dastin totam terram suam, quam habebat iuxta Uallem Herbolt. Sane laborum etc. Liceat quoque uobis clericos etc. Prohibemus etiam, ut nulli fratrum etc. Paci quoque etc. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. AMEN. AMEN. AMEN.

R. Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. BV.

† Ego Bernardus Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.

† Ego Gualterivs Albanensis episcopus ss.

† Ego Hvbaldus presb. card. tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.

† Ego Henricus presb. card. tit. sanctorum Nerei et Achillei ss.

† Ego Iohannes presb. card. tit. sancte Anastasie ss.

† Ego Albertus presb. card. tit. sancti Laurentii in Lucina ss.

† Ego Gvillelmus tit. sancti Petri ad uincula presb. card. ss.

† Ego Iacintus diac. card. sancte Marie in Cosmydyn ss.

† Ego Oddo diac. card. sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.

† Ego Ardicio diac. card. sancti Theodori ss.

† Ego Boso diac. card. sanctorum Cosme et Damiani ss.

† Ego Cinthys diac. card. sancti Adriani ss.

Dat. Senon. per manum Hermanni sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii non. octub., indictione XI, incarnationis dominice anno M°.C°.LX°.III°, pontificatus uero domni ALEXANDRI pape III anno quinto.